ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT MIT THEOLOGISCHEN TEXTEN (MELKER REFORM ?)
2. Viertel 15. Jh. (1434) Seite 188r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37150
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



vinorum et habundantia est sobrius ille est eter
nus rex ¶ Ebriosus nichil recte facit nisi
cum cadit in lutum ¶ Si sentis vinum fuge
consortium quere sompnum potius quam colloquium
¶ Qui se ebrium verbis incusat ebrietatem
suam aperte excusat ¶ Male facit docens
iuvenem vina cognoscere ¶ Fuge medicum
ebrium ¶ Cave tibi a medico volenti in
te experiri qualiter alios de simili morbo cura
bit ¶ Caniculos valde parvos dimitte clericis
et regimine ¶ Canes custodes utiles sunt canes
ad venandum plus constant quam conferunt ¶ Ha
bes filium dispensatorem bonorum tuorum non facias
Sed tu dices. Si adversetur fortuna quid prodest
vivendi norma. Audi quid hoc. Vide stultos
obmittendi contingentia et tandem se excu
santes sub fortuna raro enim diligentiam cum
infortunijs sociabis sed rarius infortunium a
pigritia separabis. Expectat sibi subveni a deo
qui in mundo isto vigilare precipit Tu ergo vi
gila levitatem expendendi cum gravitate lucran
di compensa ¶ Appropinquat senectus consulo deo
potius quam tuo filio te committas //

¶ De legatione

¶ Disponis legata consulo quod primo servitoribus
sua solvi mandes ¶ Diligentibus personam tuam
non committas animam tuam committe animam
tuam diligenti animam tuam ¶ Disponere te debes